

FUNDAMENTVM

virgula speciebus supra scriptæ I II III Atq̄, ex factâ hac comparatione sequentium Regularum cause, de emergente specie liquido ac euidenter patere arbitramur. De specie itaq̄, emergente capiantur hæ tres duntaxat per breues Regula, sequentibus tribus distichis comprehensa.

I. De Multiplicatione.

Vnius adde notas generis: sed deme duorum:
Ultimâ producti prouenit indè nota.

II. De Diuisione.

Quantò sector erit maiorûe minorûe secante,
Tantò extrema nota est integritate quoti.

(Cùm enim Multiplicatio & Diuisio contrariae sint species, atq̄, illius species emergens ex notarum additione pateat, necessariò huius econtrariò è subductione notarum apparebit: Idq̄, in vnius seu eiusdè generis notulis: in diuersi verò generis notis fit contrarium.)

III. De Radicis extractione: quæ tamen æquè ex Diuisionis Regulâ percipi potest.

Integra vel prima si sint habet integra Radix:
Sin minus, est tibi par dimidianda nota.

— In extractione videlicet Radicis Quadratae: sed in extractione Radicis Cubicae Distichi pentameter talis esto:

In tria diuiduas diuide in ipsa notas.

Et sic deinceps in alijs radicibus, seruato naturali numerorum ordine ac progressu.

Exemplum Multiplicationis.

NB In Multiplicatione vttere in Canone Hexacontadon ingressu laterali: in Diuisione verò & Radicis extractione vtendum est ingressu areali, prætereaq̄, Logistica Multiplicatio nihil ferè diuersi à vulgari illâ seu vulgari Arithmetica multiplicatione obtinere videtur, modò animaduertamus, inq̄, memoriam reuocemus, idem in numero Logistico fore species, quod in numero vulgari sunt figuræ seu gradus vnitatis, denarij, centenarij, millenarij, &c. Ideoq̄, hîc æquè cum speciebus in percurrendo subscribendoq̄, atq̄, isthîc cum figuris, est agendum.

		0		I
		1 6.		1 2.
		1 2.		1 4.
		2.		4 8.
	3.	4 4.		
	2.	2 4.		
3.	1 2.			
		II		III
0	1			
3.	1 8.	1 0.		4 8.

Exem-